

5. Extractum Carduibenedicti. 1. Quercetanus in Pharmacop: restit: cap: ult: & Mylius lib: 4. Antidot: Medico-Chym: cap: 3. *Extractum Carduibenedicti est sudoriferum. & singulare remedium aduersus Pestem.* 2. Weckerus lib: 2. Antidotar: Spectial: ex Cratone. *Extractum Carduib: praestantissimum est remedium praeservativum in Peste.*

6. Extractum Rutæ, & Petasitidis. De priori, Tabernaemontanus Sect: 4. lib: 1. cap: 31. *Extractum Ruta utiliter sumitur ac usurpatur in Peste.* De posteriori, vide eundem Sect: 9. lib: 2. cap: 27.

7. Extractum Tormentillæ, It: Extr: Mumia. De his Johan: Dan: Mylius, lib: 4. Antidotar: Medico-Chym: cap: 3. *Tormentilla Extractum, iisdem intentionibus medenti inservit, quibus Extractum Angelica. Idem ibid: Extractum Mumie, si cum Theriacâ permisceatur, in Peste praestantiss: est remedium, quod satis laudari non potest. A corruptione enim corpora tuncur.*

DISTINCTIO V.

SPIRITUS.

I. Spiritus Vitrioli. 1. Mindererus de Peste cap: 17. *præclare in Pestilentibus Febris auxiliantur Oleum seu Spiritus Vitrioli, his enim potens quadam Virtus putredinem emendandi, obstructions referandi, sudores & urinas movendi, venasque pervadendi.* 2. Johann: Mollerus in Tractat: de Peste cap: 5. *Sunt qui Olei Vitrioli*

Ef 2

Chymi-

Chymicâ arte parati G. 3. vel 4. plus minusvè pro ægri conditione in Aqua Verbenæ non sine fructu propinant. 3. Wirfungus 8. parte Pract: cap: 12. distinct: 70. Oleum Vitrioli resistit omni putredini inprimis verò ejus usus singularis est tempore Pestis. 4. Thomæ Jordanus Tract: 3. de Peltis phænomen: Olei Vitrioli usum convenientissimum in Peste judico, quia acore suo coerces putredinis grassationem, & frigore suo fervorem exstinguit. 5. Joh. Poppius in Enchirid: experim: Spiritus Vitrioli frequenter usurpatus tempore Pestis admodum proficuum est, & pro insigni Preservativo habetur. 6. Duncanus Bournettus in Jatrochym: suâ. Spiritus Vitrioli est diaphoreticum præstantiss: omne enim venenum à Corde ad exteriores partes expellit. 7. Angelus Sala in Anatom: Vitri: Spiritus Vitrioli, Peste infecto, Gutta aliquot cum 3j. Aquæ Viæ opt: ad sudorem provocandum, bis vel ter, prout necessitas requirit, dentur. 8. Evangelista Quattramus in Tract: de Peste cap: 4. Spiritus Vitrioli validissimè penetrat, acidus est, frigidus ac siccus, & idcirco putredini oppositus in Febris Pestilentibus. 9. Matthiolus commun: in lib: 5. Diosc: cap: 74. Oleum Vitrioli nullo sanè incommodo in Peste datur. 10. Amatus Lusitan: commun: in Diosc: Olei Vitrioli una vel altera gutta in aquis Cordialibus mersa, multum contra Pestilentes febres valet. 11. Idem Centur: 3. Curat: 74. exhibet Oleum Vitrioli ex Aqua Ros: vel acet: in curatione malignarum seu pestilentium febrium. 12. Gesnerus in Epist: 2. Medic: Oleum Vitrioli sumitur Pestis tempore in cervisiâ, vino, aquâ, aut carnis brodio manè, sic enim præser-

vat ab

uat ab Aurá venenatâ. 13. Euonymus in Parte 2. sui Thesauri: Vitrioli liquor utilis est in Peste cum aqua Acetosa, adjectâ 3ß spectierum Diamarg. frig: 14. Heurnius lib: 1. meth: med: Oleum Vitrioli aliis convenientibus liquoribus permixtum, ad guttulas nimirum paucas, Pestiferis febribus dulce præsidium est. 15. Fumianellus de compos: medic: cap: 75. Oleum Vitrioli in Peste singulariter prodest. Sumitur autem quantitas modica, ut G. 10. plus minusvè. 16. Bokelius 1. Parte Regim: sui c. 20. Spiritus Vitrioli insigniter confert febribus Pestilentibus. 17. Crato in Epist: med: 135. Oleum Vitrioli solâ suâ vi exsiccandi ac dissipandi, ita auxilium fert in Peste, ut malum à natura superari possit. 18. Ioh: Matthæus in discursu de Febr: Pestil: jubet, quotidie G. 6. vel 7. Spiritus Vitrioli cum 3ij Ag: Carduib: Peste infectis pro cura dari. 19. Augenius Tomo 1. Lib: 6. Epist: 8. Olei seu Spiritus Vitrioli usus ad multa utilis est, præcipue verò eo in Peste utimur. 20. Crollius in Basil: Chym: Oleum Vitrioli in Peste miscetur cum Sacharo candi, & Electuario Juniperino, & sic etiam loco Prophylactici sanitatis utimur. 21. Renodæus lib: 4. Antidotar: Sect: 5. cap: 8. Ol: seu Spiritus Vitrioli, aciditate putredinem arcet, viscera recreat, atq; Pesti aliisq; morbis confert. 22. Goelenius in Loimograph: Spiritus Vitrioli peculiare est prophylacticum tempore Pestis, & in curatione quoq; aliis non cedit tempestive exhibitus, putredinem enim arcet Pestis, & refrigerium insigne est, quod inexpertis videbitur absurdum. 23. David Herlitius in Regim: Pestil: Oleum seu Spiritus Vitrioli excellens præservativum habetur

Ff 3

contra

contra Pestem, si vel aliis alexiteriis permisceatur, vel por-
 se, ejus G. 4. cum Vino jejune sumantur. 24. Augenius
 lib. 3. de Peste cap. 17. Oleum seu Spiritus Vitrioli in a-
 liis generibus Pestis, Ephemerâ exceptâ, mirabilis est. Et
 quando opus, præservare corpora pituitosa, vel alias hu-
 moribus vitiosis repleta, melius remedium non invenitur,
 gratissimum enim est gustui Et ad internam inflammationem,
 appetitum excitat, ventriculum roborat, corpusque ab omni
 corruptione liberat: infantibus exhibentur G. 2. vel 3, adul-
 tioribus verò à G. 5. ad 8. Scitum Syri de Citro. In temperamentis
 calidis adbibeo ad G. 8. In corporibus humidis, bis in septima-
 na datur horis 4. vel 5. antè prandium. Ausum igitur dicere,
 ad Febrem Pestiferam sanandam, Spiritum hunc seu Ole-
 um, esse medicinam, quæ non habeat parem. 25. Andreas
 Starekius in Regim: de Peste. Spiritus Vitrioli intro-
 sumptus, non contemnendus auxilium cum pro præserva-
 tione, tum curatione Pestis adfert. 26. Daniel Sen-
 nertus in fine cap. 2. lib. 5. Epitom: Phyl: Spiritus Vi-
 trioli insignem siccandi, Et putredinem sistendi vim habet,
 unde ad Febres putridas ac Pestilentes utiliter adhibetur.
 27. Quercetanus lib. 2. Alexic: cap. 3. Nullum aliud
 promptius aut præsentius est remedium ad ardores febris
 internos extinguendos, Et omnia Venena ac corruptiones
 etiam in Peste exterminandas prorsus, Spiritu Vitrioli.
 28. Antonius Portus lib. 2. de Peste cap. 45. Oleum,
 quæ mirifice in Peste probantur, sunt Oleum Vitrioli Et
 Sulphuris. 30. Johan: Neander in suo regim. Pestil.
 Spiritus Vitrioli insigniter confert Pestilentibus febribus.
 30. Ioh: Bapt: Besardus in Antro Philol: etiam.

Oleum

Oleum Vitrioli in Peste commendat. 31. Fideiustus Reineccerus in Thes. Chymic: lib: 6. *Oleum Vitriolicum Aqua Carduib: sed: pro praeservatione Pestis praescribit.*

2. *Spiritus Sulphuris.* 1. Renodæus lib: 4. Antidot: Sect: 5. cap: 9. *Oleum (seu Spiritus) Sulphuris acidum, Pestilentia non parum confert.* 2. Weckerus lib: 2. Antidotar. Spet. ex Euenymii Thes. parte 2. *Oleum Sulphuris datur in Peste, cum vino decoctionis Raphani, cui admixtum sit parum Iberiaca vel Mithridatij.* 3. Evangelista Quatrammus in Tract: de Peste cap: ult: *Quibus in promptu est Oleum Sulphuris vel Vitrioli, ij nonnunquam matutino tempore, ejus G. 3. vel 4. vino aut jusculo, aut aqua Borrag: permixtas, pro praeservatione Pestis ebibant.* 4. Augenius lib: 3. de Peste cap: 17. *Oleum Sulphuris etiam commendat ad Pestem, dicens, dari debere vel cum Eccelegmate aliquo, vel cum jusculo carnis ad Guttas 6. horis matutinis ante prandium.* 5. Mizaldus in adpend. Centur: *Oleum seu Spir: Sulphuris ad Pestem est remedium presentiss.* Nam si ejus sumantur G 5. vel 7. cum aqua Nucum aut Tormentil. & ager operiatur, ut suare possit, altero die vis veneni absumpta erit, & ille liberabitur. 6. Io: han. Poppius in Enchirid: Experim: *Spiritus Sulphuris acidus Pestilenti lui potenter resistit.* 7. Idem, libro 1. de usu medicamentor: Chymicor: *Spiritus Sulphuris Guttula 8. cum Aqua Urtica sumpta,*

Virus

Virus Pestiferum per sudorem expellunt, & maligna aeris infectioni adversantur. 8. Antonius Portus lib. 2. de Peste cap. 45. Olea quæ mirificè probantur in Peste sunt Ol: Sulph: &c. 9. Penottus de medicam: Chym: Ol: seu Spiritus Sulphuris proficue in Peste usurpatur cum Ag: Carduib:

3. Spiritus Tartari. 1. Crollius in Basil. Chym: *Fætor ille Spiritus Tartari, ab eo in totum non est aufferendus nec formidandus, cum habeat Signaturam fætorum quando videlicet in Peste, vel aliis morbis venenatis exhibitus magno iuvamine profluens fetidos sudores è corpore copiose expellit. 2. Joh. Poppius lib. 1. de præpar. & usu remed: Chym: Spiritus Tartari curat Pestem & Antbracem, resistens omni putredini, eamq; expellens.*

4. Spiritus Terræ Sigillatæ. 1. Poppius lib. 2. de præpar: medic: Chym: *Spiritus hic præstantiss: medicamentum est, adversus venena quavis, si hujus 3j pro dosi sumantur: Usurpari etiam potest contra Pestiferam lucem. Idem lib. 1. de usu medic: Chym: Spiritus Terræ Sigill: 3i cum Aquâ Carduib: datus, confert Pestilentie.*

DISTINCTIO VI.

TINCTURÆ ET BALSAMI.

1. **T**inctura seu Essentia Auri. *Hac enim commendatur à Quercetano contra Pestem teste Libavio, in Parte 1. Apocal. Hermet. c. 19. 2. Scheunemanus in Paracelsa Pestis c. 6.*

Nobilius